UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Geometria

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

quirendæ ex ſuperiore ratione definitiones. Verbi gratia quid ſit recta linea, quid circulus, quid rectus angelus, & huius generis alia. Deinde poſtquam genus ad quod ſit idipſum, quod definitur referendum, inueneris: nempe vtrum quantitas ſit an qualitas tum ex iis quæ ſunt, communia primis illis ſpeciebus, erunt illa colligenda, proprie generi conueniant. *l.2.de Demonſt.c.*14.*T.*18.

Eſt primum genus, ſupra quod aliud eſſe genus nunquam poteſt vltimum vero, poſt quod nulla alia ſpecies ſequitur. Inter primum autem & vltimum alia interiecta ſunt, quæ eadem & genera ſunt, & ſpecies, ſed ſi cum alio alioq; conferantur. *Porph.c.*3.

Genera formis antiquiora ſunt ſemper. *In Categoriis cap.* 12. *de modis Simul.*

Genus quoniam latiſſime patet, omnium eſt clariſſimum & planiſſimum. *l.*6.*T.c.*5.

Genus in quaq; forma & ſpecie vnum eſt: vt in homine genus eſt animal. *Porph.c.*8.

Genu.

¶ Loci Biblici.

Genu omne flectendum Domino Ieſu Chriſto, *Pſalm.*22.30. Eſaiæ, 45. v. 23. *Rom.*14.11. *Phil.*2.10.

¶ Exempla Biblica.

Genuflexio in precibus vſitata. Exempla Salomon. 1. *Reg.*8.54. 2. *Paral.*6.13. Elias, 1. *Reg.*18.42. quinquagenarius miles, 2. *Reg.*1.13. Leuitæ, 2. *Par.*29.30. Eſdras, 1, *Eſdr.*6.5. Serui Regis Aſſueri, *Eſth.*32. Daniel, *Dan.*6.10. Micheas, *Mich.*6.6. Mater Lunatici, *Matth.*17.14. Leproſus, *Marc.*1.40. *Luc.*17.16. Petrus, 5.8. *Act.*9.4.6. Chriſtus, *Luc.*22.41. Stephanus, *Act.*7.60. Paulus cum ſuis, 20.36. & 21.5. Paulus cum Eccleſia, 21.6. Sunt qui colligant Iſraelitas ſtantes precari ſolitos, ex Marci 11.25. cum potius veriſimile ſit, ſi non ſemper, at certe plerumque ſolenni ritu flexis genibus oraſſe: vt apparet ex Daniel, 6.10. adeo quidem, vt flectere genua pro toto Dei cultu interdum accipiatur: vt 1. *Reg* 19.18. *Mich.*6.6.

Geographia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

GEographia Græca eſt dictio, quæ ex duabus conſtat vocibus, nempe eſt Gea, quæ Græcis terram ſignificat, & ex grapho, quę ſcribo, ſeu deſcribo ſonat. Itaq; nomen hoc Geographiæ nil aliud ſignificat, quam terræ deſcriptionem. Aduertendum tamen eſt, terram hic non debere accipi ſub propria ac ſtricta ſua ſignificatione: ſcilicet vt vnum eſt ex quatuor elementis: ſed pro terra intelligendus eſt globus terræ & aquæ ſimul, quem communiter mundum vocamus, qui ſcilicet ab animantibus habitatur. Eſt itaque Geographia iuxta nominis deriuationem, ars illa ſeu facultas, quæ deſcribit mundum, vel maiorem portionem eorum quæ in eo ſunt, veluti ſunt prouinciæ, vrbes, oppida, maria, flumina, lacus, montes, promontoria, & aliæ partes principales ipſius mundi: ſtudendo, vt hæc omnia delineata ſint cum ſecundum habitudinem ac poſitionem quam adinuicem habent, tum etiam reſpectu cœli. *Ioan Anton. Magin. in princ. l. Geograph. Ptolem.*

Geographiæ tractationem philoſopho haud indignam eſſe, aliquot argumentis demonſtrat Strabo. *Strabo ſtatim ab initio lib.*1.

Ibidem, oſtendit, Geographiam ſine rerum multarum & aſtronomiæ cognitione parari non poſſe. Item Geographiæ cognitionem ad reliquas ſcientias conducere: ignorationem magnarum cladium exiſtere cauſam. *De Geographia vtilitatibus eod. in lib. agit.*

Geographiæ principia quæ ſint idem oſtendit. *Lib.*2.

¶ Similitvdo.

Ptolomæi: quemadmodum pictores in figurandis corporum imaginibus, maiora membra primum lineis ſuis explicant, velut caput, brachia, manus, pectus, ventrem, coxas, crura, pedes: deinde minutiora membra, illis maioribus contenta: velut oculum, naſum, os, &c. ſuis lineamentis & aptis coloribus repræſentant. Sic etiam Geographia, maiora loca, velut celebriores ciuitates, integras prouincias, & maiora flumina, deſcriptione repræſentat: Chorographia verò minima quædam loca, velut villas, arces, portus, riuulos, prata, ſaltus, &c. quam ſimilius poteſt accommodatis coloribus explicare molitur. *l.*1.*C.*1.*Coſmograph.*

Geometria.

¶ DEINITIO ET ETYMOLOG.

GEometria, dictio eſt Græca compoſita, ex γέα, quod eſt terra, & μέτρον, menſura, & eſt terræ menſura. Qui vero huius artis peritiam habet, Geometra, Geometer, Geometres dicitur. *Iuuenal. Grammaticus, rhetor, geometra pictor, aliptes, Augur, ſchœnobates, medicus, magus omnia nouit.* Ita enim le... non geometer, nec geometres, vt aliqui præcepere... Græcos γεωμέτρης, ου, ὁ, geometra dicitur. Quod cum pe... neceſſario illud ô longatur. terra autem ab illis modo... do γέα, ας, ἡ, modo γαῖα, ας, ἡ ſcribitur. Itaq; geometr... mam ſyllabam longam diphthongo Ita & γαίης long... ro & Phocylidi. *Homer. enim ait in Odyſſea.*

Οὔτοι ἐγὼ γαίης
Πατρώης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι

Phocylides.

Σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν, καὶ πάντες ἐς αὐτήν,

¶ Sententiae Philosophicae.

Geometræ non eſt ſpeculari, quid contrarium, quid... vnum ens, idem, aut diuerſum, niſi ex conditione. *Ariſt... ſup.*1.*c.*2.*text.*6. Geometra falſa non ſupponit, & ſi line... ſupponit, quia non ob talem lineam concludit. *Idem ph...* 9.*text.*28.

Geometriæ eſt demandatus figuris ſermo. *Proclus...* 2.*c.*6. Geometræ in conſtructione petitionibus, in dem... pronunciatis vtuntur, *Idem in Euclid. lib.*3.*c.*1. Geome... ſunt triangula, quadrangula, circuli figuræ, magnitud...rum termini. *Ibid. l.*2.*c.*2.

Geometriæ expers nemo ſcholam Platonis ingredi... quod de mathematicis ſcientiis, & de virtute quæ ex... medietate eſt, qui non acquiſiuit intelligi poteſt. *Beſſ...lumniatorem Plat. l.*1.*c.*8.

Geometriæ ſine cognitione nemo hominum do... poteſt, *idem lib. eodem.*

Geometrica æqualitas in quadam congrua propor... ſtit. Arithmetica in numero vtrinq; pari, *Plato in Gorg...*

Geometriam multi è medio tollere conati ſunt, ... ſuppoſitione quæ non probant, & principia omnia... tanquam falcis tractu diſſecuere, eorum definitiones... labore vt ipſi putant ſuſtulere: alii extare illa omnia, ... eſſe contendunt: quærunt alii, & in magna ambigu... non ſecus de Arithmetica & Aſtrologia cum aſtroru... Planetarum & cœlorum ſit incertus, *Ioan. Franciſ. Pic...*

Geometria magis conuenire videtur ducibus, & r... metica, *Franc. Patr. de Regno. l.*2.*c.*14.

Geometra de non Geometricis non debet diſputar... praue diſputans, & ſic in aliis ſcientiis, *Idem ibid.*

Geometria conſiderat de Phyſica linea, non vt phyſ... ctiua conſiderat lineam mathematicam, non vt ma... vt phyſica. *Idem phyſ.*2.*ſup.*2.*c.*1.*text.*20.

Geometria & Arithmetica ex omni diſciplinarum ... teria naturali longiſſime abſunt. Aſtronomia, Muſica... quamquam conatur remouere materiam, tamen ... non poſſunt, *Idem in* 3. *de anim. c.*5.*text.*55.

Geometra corporum figuras, atque magnitud... *Amm. in Porph.* Geometria laborat circa quant... ctam: quæ agitari non poteſt, quæ eſt terra, *Idem*... metria eſt coniunctæ quantitatis, ſitumque haben... *Idem ibid.*

Geometria perſpectiuam ſub ſe comprehendit ... *Gram. in* 1.*c.*7.

Geometria lineas ſimpliciter conſiderat, perſpecti... ad proſpectum pertinent, *idem ibidem.* Geometræ ... tandum in non Geometricis, *idem, ibid. c.*9.

Geometria ab aſtronomia differt, quia illa circa pla... nomia autem circa ſolida verſatur ſub mathematica... *cap.* 10.

Geometria demonſtrat terram ſphæricam eſſe non ... per ſe, & primo terræ inſit Sphærica figura, ſed ... pliciter. *Ioann. Gram. in* 1. *poſt. capit.* 18. Geometræ ... eſt circumferentiam adæquari non poſſe lineæ rectæ, ... *phyſ. text.* 12.

Geometra diſputat de formis diuiſibilibus quæ in ... ſunt, *Idem in* 1. *de anim. tex.* 16.

Geometriæ ignaris non licebat Platonis Academ... di, *idem ibidem, text.* 45. Geometria & Aſtrologia ... tudinem verſatur, & ſi alio, & alio modo, vt & arithmet... ſica circa numeros, ſtudium ſuum exercet. *Euſtrat...* *cap.* 8.

Geometriæ conſideratio eſt magis abſtracta, & ... teria, quam Aſtrologiæ: conſiderat enim de figura ... ſtrologus vero de figura terminata in corpore cœleſti... 2. *text.* 18.

Geometriæ principia omnia non ſunt eadem numer... cipia vero numerorum ſunt eadem numero. *Idem* ... *text.* 53.

Geometria excedit Aſtrologiam per confirmationem ... ſtrationis, *Idem de anim. text.* 1.

Geometriæ ad Arithmeticam proportio eſt, vt puncti ad ... tem, *Alex. de Alex. in* 1. *Metaph.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geometria præcedit Aſtrologiam, quia motu prior eſt ſtatus. in Euclid.l.1.

Geometria in duas diuiditur partes, in planorum & ſolidorum contemplationem. *idem ibid.c.*13.

Geometria figuras conſiderat, quæ in imaginibus conſtitutæ *in Euclid.l.*2.*c.*1.

Geometria ab agrorum emenſione primo inuenta eſt, apud Ægyptios propter Nili inundationem terminos diluentis: quam in Græciam tranſtulit. *idem ibid c.*4.

Geometriæ accidentia ſunt diuiſiones, notiones, contractus, æqualitates, applicationes, exceſſus, defectus, & huiuſmodi omnia. *ibidem.*

Geometriæ principia ſunt petitiones & pronunciata. *ibid.*

¶ Avctores.

De Geometriæ cum vtilitate tum neceſſitate, dignitate & excellentia, *Vide Plin.l.*7.*c*37 *Tzetzen.l.*11,381 *Cæl.Rhod.l.*18,*c.* 34 *Polyd.* *l.*1.*c.*18 *Rurſus Cælium Rhod.l.*7,*c.*30 *&* *l.*15,*c.*13 *Plut. Sympoſ.*8, *Gellium.l.*1,*c.*20 *Valturium de Geometr. militari l.*2,*c.*5 *Philip. Melanch. præfat. in Geomet. Ioan Vægelin. Fab. Quint. Inſtitut. Orat. l.*1.*c.*11 *Iacobum Magnum in Sophilogio* 1.2.7.

Geſticulatio.

¶ APOPHTHEGMATA.

Chilon dicere ſolebat, inter loquendum non eſſe mouendum manus: id enim eſſe væcordium. *Laertius libro primo, capite quarto.*

Demonax hiſtriones ac geſticulatores appellare ſolebat χειρόσοφους, quod manibus ſaperent, non lingua. Erat autem chorea genus, quo graues hiſtoriæ citra vocem vel recitantis, vel tibicinis ſolo corporis geſtu ſic repræſentabantur, vt ſpectatores multo plus intelligerent ex ſaltatione, quam ſi quis recitaſſet. *Eraſm. lib. 8. apoph.*

Polemon Sophiſta, hiſtrionem Tragœdiarum, qui in Olympiis, Iuppiter: pronuntiarat, oſtensâ terrâ: O terra: manu in cœlum porrecta: ſubmouit à præmiis (præſidebat enim ei certamini) dicens, hic manu commiſit ſolœciſmum. *Ex Philoſtrato.*

Domitius Afer Manlium Suram multum in agendo diſcurſantem, manus iactantem, togam deiicientem ac reponentem, non agere dixit, ſed ſatagere. Actio enim oratoris eſt. Satagit autem qui fruſtra miſereque conatur, *Eraſm.l.*6.*apoph.*

Cicero. Marcus Callidius Gallum aaccuſauit, M. Tullio defendente, quumque accuſator affirmaret, ſe teſtibus, chirographis, quæſtionibus probaturum, ſibi à reo fuiſſe præparatum venenum: atque interim rem tam atrocem, remiſſo vultu languida voce, ac reliquo geſtu parum concitato pronunciaret: M. Tullius, Tu, inquit, niſi fingeres M. Callidi, ſic ageres: Ex actione colligens, illum non ex animo loqui. *Eraſ.l.*4.*apoph.*

Cæſar. Teſtius Penatius in dicendo mentem intorquebat, in quem Cæſar ita iocatus eſt: *Dic* ſi quid velis, ait, quum nucem perfregeris. Notauit incompoſitos perorantis mores ac geſticulationes parum decoras. Nam qui habet in ore nucem duram, in rumpendo mentem ſolet intorquere, *Bruſ.l.*4.*c.*31.

Auguſt. Cæſar de duobus Pantomimis inter ſe commiſſis, vt alternis geſtibus certarent, alterum dixit ſaltatorem, alterum interpellatorem: quod ille immodice geſticularetur, alter non geſticulando interpellare videretur. *Eraſ.l.*4.*apoph.Suetonio.*

Gladius, Gladiator.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Gladivs generaliter dicitur enſis in prælio: ſed enſis, ferrum tantum: gladius vero totus. Proprie autem appellatur gladius, quia gulam diuidit, id eſt, ceruicem deſecat, ad hoc enim factus eſt. Nam cætera membra ſecuribus cæduntur, collum gladio tantum. *Iſidor. Origin. c.*17.*c.*

Gladius enſis, à clade dici videtur, c. in g. mutata, teſte Varrone, quod ad gladem, ſeu cladem, ſit inuentus. Heb. *Cherob*, à verbo *Charab*, exſiccatus eſt deuaſtatus eſt. Item *Schelach*, miſſile, mucro punctim vulnerans. Gall. *Vn eſtoc.* à verbo *Schalach*, miſit, immiſit, demiſit, Græc. ξίφος, μάχαιρα.

Gladius, C. in G. commutato à clade, quod fit ad hoſtium cladem gladius ſimiliter ab omine. *Varro de ling. Lat. l.*4.

Gladiatores dicuntur generaliter omnes, qui gladiis pugnant, etiam diſcendi gratia, antequam in ludum producantur. *Spieg. in Dict. Iurid. litera G.*

Gladiator duo ſignificat: & Athletam ſeu Myrmillonem: hoc eſt, qui pugnæ cruentum exhibet ſimulachrum. Significat etiam ſicarium audacem, ac ad cædes hominum aſſuefactum. *Cal. Sec. Curio in Catilin*, 1. *Cic.*

¶ Loci Biblici.

Gladius & gladii ius, *Gen.*9.6 *Exod.*21.12. *Leuit.*24.17. *Deut.*19.*v.* 11.12. *Rom.*13.4.1 *Pet.*2.14. non cuiuis permittendus, *Mat.*26.51. *Mar.* 14.47. *Luc.*22.49. *Ioan.*18.10 Gladium accipere dicuntur, *Matth.* 26. 52. qui gladium à Domino non traditum ſibiipſis vendicant & vſurpant: hoc eſt, qui præter vocationem gladio vtuntur. Gladius ſpiritus eſt verbum Dei, *Eſdr.*13.7.29.*v.*4. *Eſai.*11.4. *&* 27.1 *&* 31.8 *&* 49.2 *&* 66.16. *Epheſ.*6.17. *Hebr.*4.12. 2. *Theſſ.*2.8. *Apoc.*1.16. *&* 2.16 *&* 19.15.

Gladius Dei iudicis, *Gen.*3.24. *Eſai.*27.1. *&* 34.5.6. *Iere.*12.12. *Eze.* 21 8. *&c.* *&* 30.24.25.

Gladius Angeli Dei, *Num.* 22.31. 1. *Chron.* 21.12.16.27.30. *Apocal.*6.4.

Gladius magni principis exercitus Dei, nempe Chriſti, *Ioſu.* 4. 13. *Apoc.*19.14.15.

¶ Sententiæ Patrvm.

Paratur gladiatorius ludus, vt libidinem crudelium luminum ſanguis oblectet: homo occiditur in hominis voluptatem: & quis poſſit occidere, peritia eſt, vſus eſt, ſcelus non tantum geritur, ſed docetur, *Cyprian ad Donatum.*

¶ Apophthegmata.

Agis. Demadi dicenti, quod enſes Laconici ob breuitatem à circulatoribus ac præſtigias imitantibus deuorarentur: Agis iunior reſpondit, Hic enſibus Lacedæmonii aſſequuntur hoſtes longioribus armatos gladiis. *Plut. in Lac. apoph.*

Demonax videns Athenienſes hoc agere, vt barbarorum exemplo, gladiatorum ſpectacula in vrbem inducerent: Nolite, inquit, o ciues, iſtam crudelitatem prius admittere in ciuitatem veſtram, quam Miſericordiæ aram ſitis demoliti. Voluit autem ſignificare, nequaquam conuenire in ea ciuitate in qua Miſericordia pro dea coleretur, ſpectari plus quam ferinam crudelitatem. *Eraſ.l.*8.*apoph.*

¶ Scriptores.

Gladiatores omnino prohibentur in conſtitutio. principum, *lib.* 11. *de Gladiat. toll.* Originem eorum C. Iulius Capitolinus refert. *Gulielm. Budæus* genera recenſet *in Ann. ad l. athletas*, 1. *de his qui not. inſam.* Item de origine muneris gladiatorii & quo temporis vſque durauerit, præter Blondum *lege Alex. ab Alexan. l.*6.*c.*19. *Alciat. l.*1. *parerg. c.*22. *Polydorum Vergil. de rerum inuent. l.*6 *cap.*14. Item de generibus variis, *Cæl. Rhodig. l.*6. *cap.*32. *&* 33. contra gladiatores inuehitur *Aug. l.*6. *confeſſ.* *&* *Lactantius in Epitome.*

Gloria.

¶ DEINITIO ET ETYMOLOG.

Gloria Græce κλέος, κῦδος, δόξα, ης, ἡ, & δοξολογέω, glorifico ἔνδοξος, ου, ὁ, glorioſus dicitur. Heb. *Chabodh*, gloria, honor, grauitas, quicquid eſt alicuius ponderis: à verbo *Chabedh*, Grauis fuit. Dicitur depondere & dignitate. Nam vir grauis appellatur, qui eſt honorabilis & magnæ æſtimationis: vnde etiam poteſt verti, honoratus eſt, glorificatus eſt, vel glorioſus fuit. Eſt autem frequens de aliquo fama cum laude: *ſecund. Cic. in Rhetor.*

Gloria eſt illuſtris ac peruagata multorum & magnorum, vel in ſuos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum, *ſecund. Cic. in orat. pro M. Marcello.*

Gloria eſt clara notitia cum laude. *ſecund. Ambr. ſup. epiſt. ad Romanos.*

Gloria, Græce κλέος, ἔεος, τὸ, & αἰώνιος, ου, ὁ, æternus dicitur. Gloria æterna, quam ſancti habent, eſt magna quintupliciter. Eſt enim intenſa, extenſa, æterna, perfecta & integra. *ex B. Thoma. ſuper Eſa. c.*34. *in fine.*

Gloria vana, quæ & inanis gloria appellatur, Græce κενοδοξία, ας, ἡ, dicitur, & eſt vitium capitale, cuius filiæ ſunt ſeptem, ſcilicet inobedientia, iactantia, hypocriſis, contentio, diſcordia, præſumptio nouitatum, pertinacia. *ſecund. B. Thomam ſecund. Secundæ quæſt.* 21 *art.* 4.

Dicitur autem gloria vana tripliciter, & eſt peccatum. Primo quando eſt de non ente, vel de translatoriis, vel de peccato: ſecundo, quando quæritur ab hominibus, & non à Deo: tertio, quando non ordinatur ad debitum finem. *ſecund. B. Thom. ſecunda Secundæ, q.*132. *art.*1.